

Vitalianus an. XIII, men. VI. Huius temporibus venit Constans imperator Romam et deposuit quicquid erat ad ornatum civitatis et asportavit secum in Siciliam.

Adeodatus¹ an. III, men. II, d. V.

Bonus² an. V, men. V, d. X.

Agatho an. II, men. VI, d. III.

Leo men. X, d. XVII.

Benedictus men. X, d. XII.

Iohannes an. I³, d. IX.

Conon men. XI.

Sergius an. XIII, men. VIII, d. XXIII. [Hic constituit, ut can-
tetur *Agnus Dei* ad missam in fractione dominici corporis⁴.]

Iohannes an. III, men. II, d. XII.

Iohannes an. II, men. VII, d. XVII.

Sisinnius d. XX.

Constantinus an. VII, d. XV.

Gregorius an. XVI, d. IX. Hic statuit⁵ V^a feria in quadragesima ieiunari, et missarum celebritatem⁶ sicut tota ebdomada per totum annum in ecclesia fieri, quod antea non agebatur.

Gregorius an. X, men. III, d. XIII. Hic adiunxit in secreta:
Quorum sollemnitās hodie⁷ in conspectu tue maiestatis celebratur, domine Deus noster, in toto orbe terrarum. Et fecit recedere totam Italiam a potestate Leonis augusti heretici ob depositionem imaginum⁸.

Zacharias an. X, men. III, d. XIII. Hic Francorum regem Carolomannum, fratrem Pipini, fecit clericum et misit eum ad Casinense monasterium fieri monachum. Cui etiam monasterio dona plurima cum privilegio sedis apostolicae contulit.

Stephanus an. V, d. XXVIII. Hic ob infestationem Aistulfi⁹ regis Langobardorum pergens¹⁰ Franciam unxit Pipinum filium Caroli regis et duos filios eius in reges Francorum. Qui rex simul veniens [cum eo¹¹] in Italiam abstulit Ravennam et XX alias civitates eidem Aistulfo¹² et sub iure sancti Petri¹³ redegit; unde etiam patricius Romanus effectus est¹⁴.

Paulus an. X, d. I.

Stephanus an. III, d. V.

Adrianus an. XXIII, d. II. Huius precibus vocatus Carolus filius supranominati¹⁵ Pipini regis obsedit Langobardos in

1) 'Deodatus' 2. 2) So 1. 2 statt Donus. 3) 'men. XI' setzt zu 2. 4) 'Hic — corporis' fehlt in 1, ist aber in diesem Wortlaut in Tiburt. wiederholt (nicht in Ceccan.). Ist auch aus der Tivoleser Chronik von Martin S. 424 abgeschrieben, wo nur 'ter' aus Gilbert eingesetzt ist. 5) So 1. Ceccan.; 'constituit' 2. Tiburt., Basil. 6) 'solennia' 2. 7) Fehlt 2. 8) 'Et — imaginum' stammt aus Landulfi Hist. Misc. l. XXI. Auch dies alles hat Martin S. 425 nicht aus Gilbert und Gotfrieds Pantheon, sondern aus der Tivoleser Chronik. 9) 'Astulphi' 2. 10) So 1. Ceccan.; 'in' setzt zu 2. Tiburt., Basil., auch Martin S. 426, wo Z. 13. 14 aus der Tivoleser Chronik. 11) 'cum eo' fehlt 1, steht aber in 2. Ceccan., Tiburt., Basil. 12) 'Astulpho' 2. 13) 'S. P.' 1. 14) So 1. 2. Basil.; 'factus est' Ceccan., Tiburt. — Das Vorstehende hat offenbar Leo, Chronica mon. Casin. I, 8, SS. VII, 586, aus diesem Kataloge abgeschrieben. 15) 'supramemorati' 2.